pletū eſt aq̄s. paraſti cibū illoꝝ qm̄ ita ē p̄-
paratio eiꝰ Riuos eiꝰ inebria. multiplica
genimina eiꝰ in ſtillicidijs eius letabit̄ ger
minans Bn̄dices corone anni benignita
tis tue. et campi tui replebuntur vbertate
Pingueſcēt ſpecioſa deſerti. ⁊ exultatione
colles accingent̄ Induti ſūt arietes ouiū
⁊ valles abūdabūt frumēto: clamabūt et-
Tenim hymnū dicēt Gloria. Ps̄. lxv
IUbilate deo oīs terra, pſalmū dici
te noī eius, date glām laudi eius.
Dicite deo q̄ terribilia ſunt opa tua dn̄e: in
mltitudine v̄tutis tue mentient̄ tibi inimi
ci tui Ois terra adoret te deꝰ ⁊ pſallat tibi:
pſalmū dicat noī tuo Uenite ⁊ videte ope
ra dei: terribilis in ꝯſilijs ſup filios hoim̄.
Qui ꝯuertit mare i aridā, in flumie ptrā
ſibūt pede, ibi letabimur in ip̄o Qui dn̄a
tur in v̄tute ſua ineternū, oculi eiꝰ ſup gētes
reſpiciūt, q̄ exaſperant nō exaltentur in ſe-
metipſis Bn̄dicite gentes deū nr̄m. et au-